

.....Feminization of Medieval Liturgical Texts Through Emendation: Documentation

J. Frank Henderson

Frank Henderson's Page on Liturgy and Medieval Women
www.jfrankhenderson.com

© 2003

Contents

Introduction
Sarum Missal
Winchcombe Sacramentary
Beneventan Ritual
Rheinau Ritual
Biburg Ritual

Introduction

The accompanying article, "Inclusive language in the liturgy: historical perspectives" (*Celebrate!*, vol. 41, September-October 2002, pp 25-29, and this website), offers a survey of the use of inclusive language in medieval Latin liturgical prayers and of the different kinds of inclusive language that are used. It also gives specific examples of each type of usage. Another article on this website ("Inclusive Language in the Medieval Liturgy: Documentation") offers extensive documentation regarding the use of *balanced* inclusive language. Here I provide a more extensive list of Latin liturgical texts made inclusive through the use of *emendation*.

The process of emendation applies to manuscripts originally written using only masculine grammatical forms. At some later date, feminine grammatical forms are written above the masculine forms in the space between lines, thereby emending the original text. This is done only in liturgies that are used for individual women as well as individual men, for example baptism, anointing of the sick, burial, etc. (Texts are also emended to change singular to plural forms.)

In the absence of such textual emendation, the priest was expected to change masculine grammatical forms to feminine forms in the course of the liturgy. Written emendation helped him know what words ought to be feminized and how to do this.

Some modern printed editions actually reproduce these interlinear additions.

Alternatively, editors may identify such emendations in footnotes.

Of the twenty-three medieval liturgical books studied with respect to the use of gender balanced language (see “Inclusive Language in the Medieval Liturgy: Documentation”), five also demonstrated emendation. All of the emended texts in each of these liturgical books is printed here.

The presentation of entries is as follows:

Each liturgical book is first listed.

Each text is given in full.

The liturgical ritual or occasion is named, together with its page number or identification number of the text quoted.

Emendation is identified in several ways, depending on the way this is dealt with by the editors of the modern printed editions.

Feminine forms may be given in brackets immediately following the masculine forms.

An initial editorial note may simply state that texts were emended.

Numbered footnotes may indicate instances of emendation.

The practice of emendation, together with evidence presented in previous studies of inclusive language, shows that our medieval forebearers were conscious of grammatical gender and thought it proper to use appropriate forms for women as well as for men. In the case of emendation this consciousness led to changing existing liturgical books by writing feminine forms in above masculine forms.

Additional examples of feminization through emendation will be identified as opportunity permits, and reported at a later date.

Sarum Missal

J. Wickham Legg, *The Sarum Missal edited from three early manuscripts*. Oxford: At the Clarendon Press 1916

[] = feminine grammatical forms written above the original masculine forms

Deus qui beatum petrum apostolum misisti ad tabitam famulam tuam ut eius precibus suscigaretur ad uitam exaudi nos quesumus et famulum[am] tuum[am] hunc[hanc] quem[quam] in tuo nomine uisitata nostra fragilitas exorata medicine tue medela cicius sanitate restituat. Per christum.

Ordo ad uisitandum infirmum, p 419

Omnipotens sempiterne deus qui subuenis in periculis laborantibus et flagella clementer temperas te domine suppliciter exoramus ut per uisitacionem tuam sanctam erigas famulum[am] tuum[am] de hac egrotacione qua tenetur et representes eum[am] ecclesie tue sancte incolumen

ad laudem et gloriam nominis tui. Per christum dominum
Ordo ad uisitandum infirmum, p 419

Exaudi nos omnipotens et misericors deus, et uisitacionem tuam conferre digneris super famulum[am] tuum[am] quem[am] diuersa uexat infirmitas. Visita eum[am] domine sicut uisitare dignatus es socrum petri puerumque centurionis et tobiam et saram per sanctum angelum tuum raphaelem. Restitue in eo[ea] domine pristinam sanitatem ut mereatur in atrio domus tue dicere castigans castigauit me dominus et morte non tradidit me. Saluator mundi. Qui cum patre et spiritu sancto.

Ordo ad uisitandum infirmum, p 419

Deus qui famulo tuo ezechie ter quinos annos ad uitam donasti, ita et famulum[am] tuum[am] a lecto egritudinis tua potencia erigas ad salutem. Per christum dominum
Ordo ad uisitandum infirmum, p 419

Respice domine famulum[am] tuum[am] in infirmitate sui corporis laborantem et animam refoue quam creasti, ut castigacionibus emendata continuo se senciat tua medicina saluatam, per christum.

Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Deus qui facture tue pio semper dominaris effectum inclina aurem tuam supplicacionibus nostris et famulum[am] tuum[am] ex aduersa corporis ualitudine laborantem placatus respice et uisita in salutari tuo ac celestis gracie presta medicinam. Per christum.

Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Uirtutum celestium deus qui ab humanis corporibus omnes languorem et omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis: adesto propicius huius famulo[e] tuo[e] ut fugatis infirmitatibus et uiribus receptis nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per christum

Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui fragilitatem condicionis nostre infusa uirtutis tue dignacione confirmas ut salutaribus remediis pietatis tue corpora nostra et membra uegetentur super hunc[hanc] famulum[am] tuum[am] propiciatus intende ut omni necessitate corporee infirmitatis exclusa gracia in eo pristinae sanitatis perfecta reparetur. Per dominum

Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Deus misericors, deus clemens qui secundum multitudinem miseracionum tuarum peccata penitentium deles et preteritorum criminum culpas uenia remissionis euacuas respice super hunc[hanc] famulum[am] tuum[am] remissionem peccatorum tota sibi cordis contricione poscentem. Renoua in eo piissimi pater quicquid terrena fragilitate corruptum uel quicquid diabolica fraude est uiolatum et unitati corporis ecclesie tue membrum infirmum perfecta peccatorum remissione restitue. Miserere domine gemitum illius miserere lacrimarum miserere tribulacionum atque dolorum et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum reconciliacionis admitte. Per.

Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Da nobis quesumus domine ut sicut publicani precibus et confessione placatus es ita et huic famulo[le] tuo[e] benignus inspira ut in confessione flebili permanens misericordiam tuam celeriter consequatur sacrisque altaribus restitutus rursus diuino famulatu[m] mancipetur. Per Ordo ad uisitandum infirmum, p 420

Winchcombe Sacramentary

Anselme Davril, *The Winchcombe Sacramentary*. London: Henry Bradshaw Society 1995

[] = feminine grammatical forms written above the original masculine forms

Exaudi quaesumus omnipotens deus preces nostras quas in conspectu pietatis tuae effundere presumimus suppliciter deprecantes ut famulu[a]m tuu[a]m in tua misericordia confidentem benedicas, et omnia eius peccata dimittas tuaque ea[u]m protectione conserues ut possit te dignem fieri, et ad aeternam beatitudinem ualeat peruenire, Per dominum nostrum

Missae diversae, Pro amicis, n 1527

Beneventan Ritual

Ambros Odermatt, *Ein Rituale in Beneventanischer Schrift*. Frieberg: Universitätsverlad Freiburg Schweiz, 1980

The following editorial note applies to all of these prayers: “Form. Plur. et Fem. Add.”

Omnipotens sempiterne deus, pater domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es. Omnem cecitatem cordis ab eo expelle, dirrumpe omnes laqueos satanae, in quibus fuerat colligatus. Aperi ei, domini, ianuam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus omnium cupiditatum fetoribus careat, et ad suabem odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclesiam tuam deserviat, et proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundum

Ordo ad Cathecuminum Faciendum, n 2

Preces nostras, quesumus, domine, clementer exaudi et hunc electum tuum crucis dominice, cuius impositione signamus, virtute custodi, ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servanem per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis pervenire gloriam mereatur. Per

Ordo ad Cathecuminum Faciendum, n 3

Deus patrum nostrorum, deus universe conditor veritatis, te supplices exoramus, ut super hunc famulum tuum respicere digneris propitius, ut hoc primum pabulum salis gustanem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur celesti, quatinus sit semper, domine, spiritu fervens, spe gaudens, tuo nomini serviens. Perduc eum ad nove regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionem tuarum aeterna premia consequi mereamur. Per

Ordo ad Cathecuminum Faciendum, n 7

Accipe signum crucis tam in fronte quam in corde: sume fidem celestem preceptorum; talis esto moribus, ut templum dei esse possis; ingressusque ecclesiam dei evasisse te laqueos mortis letus agnosce; orresce idola, respue simulacra; cole deum patrem omnipotentem et in Iesum Christum filium eius cum spiritu sancto, qui venturus.

Ordo ad Cathecuminum Faciendum, n 8

Preces nostras, quesumus, domine, clementer exaudi et hunc famulum tuum crucis dominice, cuius impressione signamur, perpetuam virtute custodi, ut magnitudinis gloriae rudimenta servantem per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gratiam pervenire mereantur.

Per

Ordo Scrutinii, n 10

Deus Abraam, deus Ysaac, deus Iacob, deus, qui Moysi famulo tuo in monte Synay apparuisti et filios Israhel de terra Egypti eduxisti deputans ei angelum pietatis tuae, qui custodiret eum die ac nocte; quesumus, domine, ut mittere digneris sanctum angelum tuum, ut similiter custodiat et hunc famulum tuum et perducatur eum ad gratiam baptismi tui.

Ordo Scrutinii, n 13

[As this prayer is designated as being “super masculos”, it is not clear why it should be emended by the addition of feminine forms.]

Exorcizo te, inmunde spiritus, in nomine dei patris omnipotentis, qui fecit caelum et terram, mare et omnia, que in ei sunt: omnis virtus adversarii, omnis fantasma inimici eradicare et effugare ab hoc famulo dei, quem deus et dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam vocare dignatus est, ut fiat templum dei vivi et spiritus sanctus habitet in eo, in nomine dei patris omnipotentis et domini nostri Iesu Christi, qui venturus.

Ad Succurrendum Baptismum Infantes Morti Proximum, n 35

Rheinau Ritual

Gerhard Hurlimann, *Das Rheinauer Rituale*. Freiburg: Universitätsverlag Freiburg Schweiz 1959

Omnipotens sempiterne deus, qui per beatum apostolum tuum dixisti: Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesie et orent super eum unguentes eum¹ oleo in nomine domini, et oratio fidei salvabit infirmum et allevabit eum² dominus, et si in peccatis sit, dimittuntur ei, te suppliciter exoramus, ut hic famulus tuus³ per ministerium nostre unctionis et donum tue sancte pietatis peccatorum suorum veniam consequi et ad vitam eternam pervenire mereatur. Per.

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 124

1 eam unguentes eam – suprascriptum manu s XIII

2 eam - suprascriptum manu s XIII

3 hec famula tua - suprascriptum manu s XIII

Salvum fac servum tuum.¹

Mitte ei domine, auxilium de sancto
Nihil proficiat inimicus in eo.²
Esto ei, domine, turris fortitudinis.
Dominus vobiscum.

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 125

- 1 salvam ancillam tuam - suprascriptum manu s XIII
- 2 ea - suprascriptum manu s XIII

Oremus, Deus, qui famulo tuo [Ezechye] ter quinos annos ad vitam donasti, ita et famulum tuum¹ a lecto egritudinis tua potentia erigat ad salutem. Per

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 126

- 1 famulam tuam - suprascriptum manu s XIII

Respice, domine, famulum tuum¹ in infirmitate sui corporis laborantem et animam refove, quam creasti, ut castigationibus emendatus² continuo se sentiat tua medicina salvatum.³ Per Christum.

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 127

- 1 famulam tuam - suprascriptum manu s XIII
- 2 ementata - suprascriptum manu s XIII
- 3 salvatam - suprascriptum manu s XIII

Deus, qui facture tue pio semper dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris et famulum tuum¹ ex adversa valitudine corporis laborantem placatus respice et visita in salutari tuo ac celestis gratie presta medicinam. Per Christum.

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 128

- 1 famulam tuam - suprascriptum manu s XIII

Deus, qui humano generi et salutis remedium et vite eterne munera contulisti, conserva in famulo tuo¹ tuarum dona virtutem et concede, ut medelam tuam non solum in corpore sed etiam in anima sentiat. Per

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 129

- 1 famula tua - suprascriptum manu s XIII

Preveniat hunc famulum tuum¹ quesumus, domine, misericordia tua, ut omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. Per.

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 133

- 1 famule tue - suprascriptum manu s. XIII

Absolve, domine, animam famuli tui¹ per intercessionem beatissime dei genitricis Marie et beati Petri et omnium sanctorum ab omni vinculo delictorum antiquam separetur a membrorum compagine terrenorum, et presta, ut cum ceperit a corpore separari, mereatur a beatissimis et benignissimis angelis suscepti atqua tuis piissimis conspectibus presentari et in sinum beate requiei te donante deduci. Per

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 144

- 1 famule tue - suprascriptrum manu s. XIII

Temeritas quidem est, domine, ut homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi, domino deo nostro, audeat commendare, sed quia terra suscipit terram et pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem, inde tuam, deus piissime pater, lacrimabiliter quesumus pietatem, ut huius famuli tui animam, quam de huius mundi voragine cenolenta ducis ad patriam. Abrahe amici tui sinu recipias et refrigerii rore perfundas, sit ab estuantis gehenne truci incendio segragatus¹ et beate requiei te donante coniunctus,² et si que illi sint, domine, digne cruciatibus cuple, tu eas gratia mitissime lenitatis indulge, nec peccati recipiat vicem, sed indulgentie tue piam sentiat bonitatem, cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, omnium sanctorum cetibus aggregatus³ cum electis resurgat in parte dextra coronandus.⁴

Ordo ad Visitandum Infirmum, n 162

1 segregata - suprascriptum manu s XIII

2 coniuncta - suprascriptum manu s XIII

3 aggregata - suprascriptum manu s XIII

4 coronanda - suprascriptum manu s XIII

Biburg Ritual

Walter von Arx, *Das Klostrituale von Biburg*. Freiburg: Universitätsverlag Frieberg Schweiz 1970

An editorial note such as the following applies to all of these prayers: “In der ganzen Oration jeweils die Feminin-Endungen sind darüber geschrieben.”

Accipe signum crucis Christi tam in fronte quam in corde, sume fidem celestium preceptorum, talis esto moribus, ut templum dei esse possis, ingressusque ecclesiam dei euasisse te laqueos mortis letus agnosce. Horesce ydola, respue symulacra, cole deum patrem omnipotentem et Ihesum Christum filium eius, qui cum eo et spiritu sancto uiuit et regnant per omnia secula seculorum.

Ordo baptismi, n 157

Te deprecor, sancte pater, omnipotens eterne deus, ut huic famulo tuo N, qui in huius seculi nocte uagatur dubius et incertus, uiam ueritatis et agnitionis tue iubeas demonstrari, quatenus reseratis oculis cordis sui te unum deum patrem in filio et filium cum sancto spiritu in patre recognoscat atque huius confessionis fructum hic et in futuro seculo percipere mereatur. Per eundum.

Ordo baptismi, n 158

Omnipotens sempiterne deus, pater domini nostri Ihesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei uocare dignatus es et omnem cecitatem cordis ab eo expelle, disrumpe, domine, omnes laqueos sathane, quibus fuerat alligatus, aperi ei, domine, ianuam pietatis tue, ut signo sapientie tue imbutus omnium cupiditatum fetoribus careat et ad

suauem odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat et proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem.

Ordo baptismi, n 160

Preces nostras, quesumus, domine, clementer exaudi et hunc electum nostrum crucis dominice, cuius impressione eum signamus, uirtute custodi, ut magnitudinis glorie tue rudimenta seruans per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gratiam peruenire mereatur. Per.

Ordo baptismi, n 161

Deus patrum nostrorum, deus uniuerse conditor creature, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N respicere digneris propicius et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur celesti, quatenus sit semper, domine, spiritu feruens, spe gaudens, tuo nomini seruiens. Perduc eum, domine, ad noue regeneracionis lauacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per

Ordo baptismi, n 166

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam et da honorem deo uiuo et uero, da honorem Ihesu Christo filio eius et spiritus sancto paraclito et recede ab hoc famulo dei N, quia istum sibi deus et dominus noster Ihesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono suo uocare dignatus est, et hoc signum sancte crucis, quod nos damus fronti eius, tu, maledicte diabole, numquam audeas violare. Per

Ordo baptismi, n 168

Eternam ac uistissimam pietatem tuam deprecor, domine, sancte pater, omnipotens eterne deus, auctor luminis et ueritatis, super hunc famulum tuum, ut digneris eum illuminare lumine intelligentie tue. Munda eum et sanctifica. Da ei scientiam ueram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui. Teneat firmam spem, consillium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus sit ad percipiendam gratiam baptismi tui.

Ordo baptismi, n 175

Deum iudicem uniuersitatis, deum celestium terrestrium et infernorum, deprecemur pro spiritu cari nostri, ut eum dominum in requiem collocare dignetur et in parte prime resurrectionis resuscitet. Qui uiuit.

Officium Sepulture, n 353

Deus, qui uniuersorum es creator et conditor, qui cum sis sanctorum beatitudo, presta nobis petentibus, ut spiritui cari nostri a corporeis nexibus absolutum in sanctorum tuorum resurrectione facias presentari. Per

Officium Sepulture, n 356

Temeritatis quidem est, domine, ut homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi, domino deo nostro, audeat commendare, sed quia terra suscipit terram, et puluis conuertitur in puluerem, donec omnis caro in suam redigatur originem, inde tuam, deus piissimi pater, lacrimabiliter quesumus pietatem, ut huius famuli tui animam, quam de huius mundi uoragine

cenolenta ducis ad patriam, Abrahe amici tui sinu recipias et refrigerii rore perfundas. Sit ab estuantis gehenne truci incendio segregata et beate requiei te donante coniuncta. Et, si que illi sint, domine, digne cruciatibus culpe, tu eas gratia mitissime lenitatis indulge, nec peccati recipiat uicem, sed indulgentie tue piam sentiat bonitatem, cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum,, omnium sanctorum cetibus aggregatus cum electis resurgat in parte dextera coronandus. Per

Officium Sepulture, n 372

Tibi, domine, commendamus animam famuli tui, ut defunctus seculo tibi uiuat et, que per fragilitatem humane conuersionis peccata admisit, tu uenia misericordissime pietatis absterge. Per

Officium Sepulture, n 373

—